



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-802079-p0001-3

DFG

21

1770. 20.

QVAESTIO CONTROVERSA
AN
SI A PATRE FILIO SVO PE-
TATVR CVRATOR INVOLVAT
EMANCIPATIONEM TA-
C I T A M

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE XXV. APRIL. ANNO CICIOCCCLXX.

P V B L I C E D E F E N D E T

GOTTLOB MARTINVS EDELMANN

CHEMNIT:

L I P S I A E
L I T E R I S R V M P F I I S.



QAVESIO CONTROVERSA

AN

SI A PATERE HILIO SUO PE
TATAR CARATOR INNOVAT
MANICAPTIONEM AT
CITAT

HUATRIS IOTORVM ORDINIS CREATIA

PLAESSIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREUNING

PROTECTORATIQUE OLVORUM AVANTIA ET GENIT

ET SOCIETATI DILECTI DILEXIBALE

16010

IN AVADICIO PETRIMO

DIE XXVII APRILIS ANNO MDCCLXX.

PLAESSIDE BREUNING

GOTTOB MARTINIS EDELMANNI

CHURCHILL

PLAESSIDE

KATHARIS KAMPTZI

VIRO AMPLISSIMO
MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO
**CAROLO GVNTHERO
LVDOVICI**

ORGANI ARISTOTELICI PROFESS. PUBLICO ORDINA-
RIO ACADEMIAE LIPSIENSIS ARCHIVARIO COLLEGII MINORIS PRIN-
CIPVM COLLEGIATO ACADEMIAE BORVSS. REGIAE SCIENT. AC SO-
CIETAT. LIPSIENS. OECONOMICA TEVTONICAE ET ARTIVM
LIBERALIVM SODALI.

PATRONO AC PRAECEPTORI
OPTVMO

D. D. D.

AIRIO AMPLISSIMO
MAGNICO EXCELSITISSIMO
CAROLO GANTHERO
LADONICI

ORGANI ANTISTETICI HORTUS PARVUS ORDINARIA
HO AGEDOMINE LUDENS ARCHIARAO GOLICCA MUNDUS TUN
CABUS CORTICIS ACACIA SCAMONIAE ET ALPINIS
CITRUS PARSACUS OSCOMOCAS LAVATORE ET ALPINIS
LEPTOSMUS SODA

PATRONO AC PRINCIPATORI
OPTAMOS

D B D

VIR AMPLISSIME
MAGNIFICE
PRAECEPTOR AC PATRONE
PIE COLENDE.

Quam dudum acquisui et optaui occasio-
nem, qua publice testatum facerem,
quanta benignitatis ac liberalitatis in me
documenta sint, per TE, VIR AMPLISSIME et
MAGNIFICE, mihi quam vberrime declarata:
eam ita audissime nunc amplector, vti ad beni-
ficientiam illam praedicandam et testificandam
semper fui paratissimus. Etenim quod vitae aca-
demiae per triennium fere, adeoque studiis meis,
in quorum medio cursu, ne propter rei domesti-
cae tenuitatem consistendum esset, verebar, muni-
ficiencia publica prospectum sit atque consultum:
id omne post Deum TIBI, PATRONE OPTI-
ME MAXIME, in acceptis fero, TEque diuinae
in me voluntatis interpretem agnosco suspi-
cioque. Accedit TVA ipsis in me beneuelen-
tia plane singularis, qua sola commoda mea
omnia, omnia optata, contineri existimo, quam-
que eandem eximiis innumerisque exemplis co-
gnoui

gnoui tantam esse, vt nihil addi posse videatur.
Quae quum ita sint, nullus omnino dubito, sed
spem habeo certissimam, fore, vt, quam TIBI,
VIR MAGNIFICE, demisse offero dedicoque,
disputatiunculam, eam in gratissimi animi mei
significationem, benignissime accipias. Ego ve-
ro, vt Deus Optimus Maximus TE vna cum DO-
MO SPLENDIDISSIMA TVA diutissime sal-
uum atque incolumen praestet, omnique felicite-
te semper cumulet, precibus supplicibus rogare
nullo umquam tempore cessabo, qui Patrocinio
TVO et Fauori me totum tuendum trado

NOMINI TVO AM-
PLISSIMO

deuotus cliens

GOTTLOB MART. EDELMANN.



AN

SI A PATRE FILIO SVO PETATUR CVRATOR INVOLVAT EMANCIPATIONEM TACITAM.

§. I.

Non omnino verum est, si de hodierna Iuris applicatione dicas, quod iure Romano verissimum erat: *Patrem habenti tutor haud datur.* Docet enim experientia rerum, quae in foro continentur, haud raro liberis adhuc sub patrio iure positis tutores dari superhabita illa vi potestatis patriae. Caeve, clamites, ita contra ius in thesi agi. Concedo, agi contra ius romanum: nego, contrariari rationibus iuris patrii et forensis. Non enim omne id, quod legge Romana aliter scriptum, propterea apud nos iuri in thesi con-

A 2

si con-



si contrarium erit, quippe in subsidium tantum receptum est peregrinum illud ius, videlicet, si cum moribus patriis conspiret in rationibus suis, nec patria instituta ad sint, quae sequi debemus. Quae cum ita sint et maxime in tutelarum iure plerique patrii mores et rationes seruentur, mirum non videbitur, si magistratus, qui supremam in subditos maiestatis nomine exercet tutelam, si parum prospexitum esse censeat liberis sola potestate patria, superaddat tutorem, qui bonorum filiorum rationem habeat saluo tamen iure patris. Hinc fori nemo tam imperitus esse poterit, qui adfirmet, dato liberis tutori tolli patriam potestatem.

§. II.

Facile ex his praemissis poterit quaestio illa decidi: *an, si pater filio suo seu quem in sua potestate habet curatorem petat, eo emancipasse videatur filium.* Si prius pater expresse emancipauerit filium, post curatorem petat, nulla est proposita quaestio. Sola ergo controversia in eo quaerenda, an petendo tutorem tale committat factum, ex quo non Romana aliqua emancipatio, sed Germanica aut potius tacita praesumti possit.

§. III.

Non quidem in illa, quam *virtualem, tacitam, germanicam* emancipationem aut quasi emancipationem dicunt erudi, explicanda longi erimus, quod illam explicationem vix pagellae haec caperent. Dixere iam alii multum, vt THOMASIVS de quasi emancipatione Germanica diff. BOEHMERVS diff. de statu liberorum sui iuris factorum per separationem vel nuptias HEIMBURG de difficultate emancipationis Romanae et Germanicae capitibus. Pauca tantum adjiciamus et magis per epitomen, quo dein in proposita specie iudicium ferre queamus.

§. IV.

§. IV.

Quantum quidem antiquitas memoriam maiorum nostrorum seruauit, nihil certius est, quam eosdem maiores nostros plane alias de parentum iuribus in liberos habuissent notiones, quam quas Romana iura continebant. Ignorabat patria patrem dominum, regem, tyrannum, ignorabat imperium, ignorabat seruilem liberorum neminem ex patris arbitrio tantum duraturum. Omne sane ius patris in educatione ad gentis utilitatem positum videbatur, donec filius vel filia apta esset publicae utilitati inferuendi, haec pariendo posteros, ille ferendo arma. Hinc simulacra absoluta videbatur educatio, simulacrum filius aptus ad ferenda arma, his ornabatur, sed ut TACITVS de Mor. Germ. c. XIII. refert; non ante, quam cinctas suffectorum probauerit. Ad quem loc. egregie commendatus est Illuf. GEBÄVERVS Progr. De Patr. Potest. Vet. Germ. CIOCCLV. Pergit vero CORNELIUS noster. c. I. Ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicae. Desinebant itaque hac inauguratione pars esse domus, neutriquam ipsius familiae et agnationis, quippe quae iura sanguinis omni tempore salua manebant, nisi forsan adhibita eiuratione familiae, quam alibi dedimus. Neque vero domus hic alium admittit sensum, quam quem Romanis ICtis, ut est in L. 5. ff. de Excus tut. Quo venit, ut recte putauerint Iuris ac morum priorum interpretes, hac inauguratione a patria potestate, vel ut nostris dicebatur mundio filios liberatos fuisse, quippe cessante mundii causa in educatione, etiam ipsum cessare videbatur mundum;

§. V.

Quo venit, ut cum postea ipse antiquus populorum nostrorum bellicus status immutationes pateretur, ratio tamen mundii, vel si offendit vox barbara delicatulas aures impropre dictae patriae potestatis mansit et durantis et cessantis. Hac ergo educatione cessante, ipsa potestas



cessabat. Cum vero haud amplius omnium ingenuorum esset, ferre arma, sed et ad alios viētum querendi modos sese applicarent populares; evenit, ut si ad licite quaerendi viētum aliquem modum apti liberi viderentur, idem iudicarent, si talem quem modum eligeret filius, scil. *ante hoc dominus pars videntur, nunc Reipublicae.* Hinc si filius a domo patris se separaret suamque curaret propriam domum, desinebat amplius sub educatione patris esse, atque ipsius siebat reipublicae membrum. Quare non videntur peccasse, qui hanc separationem suscepit *virtualē emancipationem* vel ob comparationem ab effectu desumtam *quasi emancipationem* vocent.

§. VI.

Neque deseruerunt hanc philosophiam hodierni populares, qui potius a paterna potestate, aequa atque maiores, liberos immunes pronunciant. Sed his positis facillima ratione dijudicari potest, an in hac separatione consensus parentum requiratur. *s TRYCKIVS in Vſu Mod. ff. b.t.* videtur requirere consensum parentum, sed omnino dubito, an hoc exācte verum sit. Quamuis quidem per se verum sit, alteri inuito ius eripi non posse, hinc nec parenti ius in filium, si de Romano iure dicas; at hic aliter res comparata. Cum enim in patrio iure nec familiae nexus nec reverentia tollatur emancipatione, nullum ius eripitur parenti in filium emancipatum, sed cessat illa obligatio educandi alendique filium dirigendique illius actiones, iusque ex educatione. Quia vero in separatuero iam ille finis obtenus sit, satis erit, si pater non dissentiat ex iusta aliqua causa. Ais: pater desinet inuitus acquirere per filium. Cedo, sed desinit quoque alere ac sustentare filium, in cuius compensationem per filium acquirebat. Satis est, non adesse patri causas, propter quas inhabilem iudicare possit pater filium, quod suis non superesse possit rebus, nec suam diri-

¶ + ¶

dirigere oeconomiam; praferenda est utilitas reipublicae,
quae hac separatione nouum acquirit ciuem, *mox enim pars
videtur reipublicae.*

§. VII.

Diximus de filio liberato per separationem a patria potestate. Sed an et filia per separationem possit sui iuris fieri? Verum quidem, masculinum sexum sub se comprehendere foemineum interdum: at non omni tempore id verum, vbi nexus ratio maxime contrarium suadet. Sic v. c. filia familias exheredari nequit, si patrem, fideiussione non liberauit, cum possit, quod in filio valet, ut ergo filius filiam non comprehendat. Ita videndum, an propria oeconomia instituta liberetur filia. LL. patriae nuptias in filiabus virtualem emancipationem constituant: Et haud nego cautius hic procedendum esse. Quid enim periculosius fragilitate feminae, cuius pudor et pudicitia tot exposita insidiis. Dein nec sui iuris plene maiores feminas esse voluerunt, qui potius vel mariti vel propinquai cura commendatas reliquerunt. Haec possent forsitan negotiuae sententiae patrocinari. At nihilominus proclius sum in sententiam adfirmatium. Quamuis quidem concedam, posse a femina separationem oeconomiae institutam occasionem praebere turpi et leuissimae vitae et mere tricio acquaestui, at nollem tamen ita in sexum sequiorem iniurius esse, ut putem, foemineum sexum omnem et virtutis et pudicitiae curam depositisse: potius cum bonum quemque in dubio habeant leges, et virgines honestissima ratione vietum labore parare sibi queant, non dubito, quin adfirmen recte quoque filiam posse separata oeconomia se liberare a patria potestate sibique ipsi acquirere, ne per eam pater acquirat, cui tamen semper saluum erit, propter reuerentiam et curam, quam in filiam, ut proximus



mus agnatus habebit, curare, ne ex vitae turpi genere sibi
viectum paret. Sed haec obiter.

§. VIII.

Pergimus ad thema. *An curatore a patre filio petitio emancipatio virtualis adsit.* Videtur adfirmare mihi, nisi me omnia fallunt LEYSER Medit ad ff. spec. XXI. m. 5. Non vrgo eius argumenta, quae incongrue collecta mihi videntur. Magis est, vt ex fori rationibus rem dijudicemus. Monstrauimus supra, patrem habenti in foro tutorem adhuc dari posse. Inter tutorem vero et curatorem in patrio iure nullam differentiam esse edocuit Illuſtr. GAERTNERVS diff. *Inter impuberem et minorem, tutorem et curatorem Iure Germanico non distingui.* Quae si vera sunt, patet, ex eo, quod pater curatorem petat filio suo, nunquam praesumendam esse emancipationem tacitam. Filius enim, cui curator petendus, adhuc educatione et alimentatione, quae adhuc curari potest a patre, eget. Potest adhuc pater per eum acquirere, si ex bonorum administratione eidem rationes reddiderit et fructus emolumentaque exhibuerit curator. Qua propter arbitror, ex patris intentione omnem controversiam esse dijudicandam. Si ea intentione a patre curator petatur filio, ne eundem amplius tamquam suum habeat, atque in eum finem suam rem domesticam filio instituat, aut in societatem negotiationis alicuius capiat, concedo tacite emancipatum habendum filium. Contra si haud ea intentio adsit, vel saltem dubia sit, vix tuto adseri potest, filium a patre emancipatum tacite fuisse.

T A N T V M.

VD18

ULB Halle
007 208 200

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

21
1770, 20.

QVAESTIO CONTROVERSA
AN
SI A PATRE FILIO SVO PE.
TATVR CVRATOR INVOLVAT
EMANCIPATIONEM TA-
CITAM
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.
SOCIO
IN AVDITORIO PETRINO
DIE XXV. APRIL. ANNO CCCCCLXX.
PVBLICE DEFENDET
GOTTLOB MARTINVS EDELMANN
CHEMNIT:
LIPSIAE
LITERIS RVM PFIIS.
KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

